Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



41

Et omnes vias meas prouidisti:
quia non est sermo in lingua mea.
Ecce domine tu cognouisti omnia:
nouissima et antiqua: tu formasti
me et posuisti super me manum tuam.
Mirabilis facta est scientia tua
ex me: confortata est et non potero
ad eam. Quo ibo a spiritu tuo: et quo
a facie tua fugiam. Si ascendero
in celum tu illic es: si descendero ad
infernum ades. Si sumpsero pen
nas meas diluculo: et habitauero
in extremis maris. Etenim illic
manus tua deducet me: et tenebit
me dextera tua. Et dixi forsitan
tenebre conculcabunt me: et nox illu
minacio mea: in deliciis meis. Quia
tenebre non obscurabunt a te: et
nox sicut dies illuminabit: sicut
tenebre eius ita et lumen eius. Quia
tu possedisti renes meos: suscepisti
me de utero matris mee. Con
fitebor tibi quia terribiliter magni
ficatus es mirabilia opera tua: et
anima mea cognoscet nimis.
Non est occultatum os meum a te
quod fecisti in occulto: et ossa mea in ipso
abscondita sunt. Imperfectum meum uiderunt
oculi tui: et in libro tuo omnes scribentur
dies formabuntur: et nemo in eis. Mi
hi autem nimis honorificati sunt
amici tui deus: nimis confortatus
est principatus eorum. Dinumera
bo eos: et super harenam multiplica
buntur: exsurrexi: et adhuc sum tecum.
Si occidens deus peccatores: uiri san
guinum declinate a me. Quia dicitis
in cogitatione: accipient in uanitate
ciuitates tuas. Nonne qui oderunt
te domine odiam: et super inimicos
tuos tabescebam. Perfecto odio
odiam illos: inimici fuerunt mihi.
Proba me deus et scito cor meum: interro
ga me: et cognosce semitas meas.
Et uide si via iniquitatis in me est:
et deduc me in via eterna. Gla. A. Dne
probasti me et cognouisti me. A. Iuro inq. Cxxxix
Eripe me domine ab homine ma
lo: a uiro iniquo eripe me.
Qui cogitauerunt iniquitates
in corde: tota die constituebant pre
lia. Acuerunt linguam suam si
cut serpentes: uenenum aspidum
sub labiis eorum. Custodi me dne
de manu peccatoris: a uiro iniquo
eripe me. Qui cogitauerunt supplan
tare gressus meos: absconderunt
superbi laqueum mihi. Et funes ex
tenderunt in laqueum: iuxta iter scan
dalum posuerunt mihi. Ergo
dno deus meus es tu: exaudi domine
uocem deprecationis mee. Domine
dne uirtus salutis mee: obumbra
sti super caput meum in die belli. Ne
tradas domine desiderium meum pe
ccatori: cogitauerunt contra me. ne de
linquas me. ne forte exaltentur. Caput
circuitus eorum: labor labiorum
ipsorum operiet eos. Cadent super eos
carbones: in igneum dejicies eos in mi
seris non subsistent. Vir linguo
sus non dirigetur in terra: uirum iniqui
tatum mala capient in interitu. Cog
noui quia faciet dns iudicium
inopis: et iudicium pauperum. Ue
rumtamen iusti confitebuntur nomi
ni tuo: et habitabunt recti cum uultu tuo.
A. Iuro inq liberta me dne. A. Dne cla. Cxl
Domine clamauit ad te exau
di me: intende uoci mee cum
clamauero ad te. Dirigatur oratio
mea sicut incensum in conspectu tuo: